Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Lxc

In caligine egressus sum in humeros portabunt in conspectu eorum
Et factus est sermo dni ad me mane dicens fili hominis numquid
non dixerunt ad te domus israhel domus exasperans hec
facis dic ad eos hec dicit dns deus super duces omnis israhel qui est
in hierusalem et super omnem domum israhel qui est in medio eorum dic
Ego portentum vestrum quomodo fui sic fiet illis in captiuitatem
transmigrationem et in captiuitatem ibunt. et dux qui est in medio eorum in humeros
portabitur. in caligine egredietur pariet pforiem ut educat eum
faciet eum operiet ut non videat oculus terram Et extendam retiacu
lum super eum et capiet in sagena mea et adducam eum in babilonem
terram chaldeorum et ipsum non videbit ibique morietur et omnes qui
circa eum sunt. presidium eius et agmina eius dispergam in omni ventum
et gladium euaginabo post eos et ero dns qui dispersi
illos in gentibus et disseminabo eos in terris et relinquam ex
eis viros paucos a gladio et fame et pestilencia ut enarrent
omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur et erit quia ego
dns Et factus est sermo dni ad me dicens fili hominis panem
tuum in conturbatione comede sed et aquam tuam in festinatione et
metu bibe et dicis ad populum terre hec dicit dns deus ad eos qui
habitant in hierusalem in terra israhel Panem suum in solicitudine co
medent et aquam suam in desolatione bibent ut desolet terra a multitu
dine sua propter iniquitatem omnium qui habitant in ea Et ciuitates que nunc ha
bitantur desolabuntur erunt terra deserta et scietis quia ego dns Et
factus est sermo dni ad me dicens fili hominis quid est proberbium istud
Lobis in terra israhel dicentibus. In longum differentur dies et omnis
peribit visio Propter hoc dic ad eos hec dicit dns deus Quiescere faciam
proberbium istud neque multo dicent ultra in israhel Et loquere ad eos
quia appropinquauerunt dies et sermo omnis visionis Non enim erit
ultra omnis visio cassa neque diuinacio ambigua in medio filiorum is
rahel. quia ego dns loquar quodcumque locutus fuero ubi et fiet non
prolongabitur amplius sed in diebus vestris domus exasperans
loquar verbum et faciam illud dicit dns deus. PIIII

Et factus est sermo dni ad me dicens fili hominis ecce
domus israhel dicentium visio quam hic videt in diebus